

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 30. Solus homo viator est subjectum capax receptionis, seu  
sacramentalis, seu spiritualis hujus Sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

127

Et iste unus (tameci non unicus) est modus, quo intelligitur illud Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnum Filii Hominis, & liberis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quo loco (secundum Augustinum) etiam infantes comprehenduntur. Videri potest Augustinus i. 1. de peccator. merit. c. 20. & 1. 3. c. 4. ubi sic: *Nomine veritas sine illa ambiguitate proclamat, non solam in regnum Dei non baptizatos parvulos intrare nos posse, sed nec vitam eternam possi habere prater Christi corpus, cui ut incorporatur, Sacramento baptismatis imbuuntur.* Eodem sensu locum illum Innocentius I. intellexit in epist. ad Par. Concil. Milevit. quae est 92, inter epist. S. Augustini cum dixit: *Illud vero quod eos vestra fraternitas ejus in praesidio, parvulos eternam vita promisit, etiam sine baptismatis gratia, posse donari, persicatum est: nisi enim manducaveritis carnum Filii Hominis, & liberis eius sanguinem, &c.*

<sup>388</sup> Ex quibus locis perspicuum est, nec Augustinum, nec Innocentium, ibi agere de mandatione corporis Christi, tamquam contenti sub speciebus panis & vini, sed de primo illo modo mandationis per fidem, five de mandatione qua sit ipsam unitum cum Christo per fidem, vel baptismum, per quem unionem itam explicat Augustinus. Et hoc sensu de primo isto modo spiritualiter mandationis corporis Christi locuti sunt Theologi, qui mandationem corporis Christi parvulus necessariam afferuerunt necessitate medi. Respergerunt enim ad rem Sacramento Eucharistie significatam (ait Eustus) & non contentam, que est corpus Christi mysticum, id est Ecclesia, extra quam nemo salvus esse potest: non autem ad rem significatam, simul & contentam, que est corpus Christi verum, sine cuius reali participatione contingit salus.

<sup>389</sup> Secundus modus recipiendi spiritualiter corpus Christi (juxta S. Thomam) est per bonam conversationem. *Iste cibus conversionis* (inquit) *consistit in tribus virtutibus, quasi tribus ferulatis, scilicet innocentia, paupertate & misericordia.* Quod probat ex Augustino, & Scriptura, dicente: *Panem de altari spiritualiter manducare, est innocentiam ad altare portare, debitorum peccata dimittere.*

<sup>390</sup> Tertius modus est per devotam meditationem, continentem tria, quae in comedione corporali consistunt, quae sunt, *appetitus, masticatio, & delectatio.* Primi (inquit) debemus spiritualiter esurire Christum, cibum nostrum, intimo corde desiderando. Secundi debemus spiritualiter masticare eum Christum, scilicet membra & caput, id est nosmetipsum, & Santos, & Salvatores mundi distracta discussione cogitare, nosipso dijudicando, Sanctorum vitam ad imitandum pertractando. Incarnationis Christi beneficia devota mente ruminando. Tertius est modus spiritualiter mandationis (ait Eustus in 4. dist. 9. S. 1.) *qui quis percipit effectum Sacramenti Eucharistie, sive Sacramentum re ipsa suscipiat, sive voto ac desiderio tantum, utpote vel necessitate aliquam probitatem, vel ob reverentiam ab omnibus ab actuali susceptione Sacramenti.* De tertio illo modo Communio spiritualis loquitur Tridentinum supra n. 382. sicut & Theologi, dum aiunt posse nos spiritualiter communicare, dum sacramentaliter non possumus.

## CAPUT XXX.

Solus homo viator est subiectum capax receptionis, seu sacramentalis, seu spiritualis hujus Sacramenti.

<sup>391</sup> **D**E receptione sacramentali constat ex dictis lib. 1. ubi generaliter ostensum est solum homi-

nem viatorem esse subiectum capax Sacramenti: nullum quippe Sacramentum iudicatum est, nisi pro homine viatore.

De receptione spirituali id ipsum faciliter ostenditur. Neque enim Angeli, neque homines bestiæ sunt capaces illius. Constat namque in desiderio recipiendi hoc Sacramentum. Beati vero, five Angeli, five homines, utpote fruentes eternâ felicitate, Christumque perfectissime possidentes, in eo statu non sunt, in quo desiderium ejusmodi concipere queant.

Audiendus tamen hic S. Thomas q. 80. a. 2. 392 Dicendum (inquit) quid in hoc Sacramento continetur ipse Christus, non quidem in specie propria, sed in specie Sacramenti, id est sub velamine specie panis & vini. Duplum ergo contingit manducare spiritualiter ipsum Christum. Uno modo prout in sua specie contigit. Et hoc modo Angeli manducant spiritualiter ipsum Christum, in quantum ei uniuersit fructus charitatis perfecte, & unione manifesta (quem panem expectamus in patria) non per fidem, sicut nos ei hic unumur. Alio modo contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus hujus Sacramenti: in quantum scilicet aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc Sacramentum. Et hoc non solam est spiritualiter manducare Christum; sed etiam spiritualiter manducare hoc Sacramentum. Quod non competit Angelis. Et ideo licet Angeli manducant spiritualiter Christum; non tamen convenit eis spiritualiter manducare hoc Sacramentum.

Si dicas non esse rationem, cur Angeli in corpore afflumto non sint capaces hujus Sacramenti.

Respondeo optimam esse rationem, partim <sup>393</sup> quia sunt in corpore, nec eorum in corpore afflumto manducatio vera & propria esse potest. Cum vitalis operatio non sit. Partim quia non est, nec esse potest in eis, uti nec in aliis bestiis, etiam cum corpore glorificato, desiderium percipiendi Christum sub aliena specie, quem clare vident & possident in propria.

## CAPUT XXXI.

Non omnes qui recipiunt Eucharistia Sacramentum, efficiunt recipiunt Sacramenti.

**C**onstat ex eo quod aliqui sacramentaliter dum taxat recipiant hoc Sacramentum, id est Sacramentum, & non virtutem, five fructum & effectum Sacramenti, ut de peccatoribus illud indignè recipientibus ex doctrina Patrum declarat Tridentinum supra n. 382. Idemque amplius constat ex Apostolo 1. Cor. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat qui enim manducat & bibit indignè, iudicium fibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

Id ipsum exemplo Jude demonstrat Augustinus tr. 26. in Joan. *Nomine bucella Dominicana venenum fuit Jude, & tamen accepit.* Et cum accepit, in eum inimicus intravit: non quia malum accepit; sed quia bonum male malus accepit. Vide ergo Fratres, panem celestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apparet. Peccata, eti sunt quotidiana, vel non satis mortifera. Antequam ad altare accedatis, attendite quid dicatis, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et lib. 5. contra Donatist. c. 8. Sicut enim Judas, cui bucellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo prabuit; sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accepit, nihil accepit. Corpus enim Domini, & sanguis Domini nihilo minus erat, etiam illis